





V. 2. a

4, 12

290.





## Inhalts-Verzeichniss.

1663. Nov. Chr. Aug. à Frisen gratul. ad Joh. Georgium III de inito confectoque Da-  
nico itinere *nach Frugmanns in dänischen Übersetzung.* 18.
1669. Georg. Casp. Kirchmaieri orat. gratul. in Joh. Georgium IV. 27.
1673. Joh. Heinr. Sanderi orat. paneg. in gloriam ordinis Periseclidis sub  
Joh. Georgio II. *nach dänischer Übersetzung.* 15.
1680. Oct. Georg. Casp. Kirchmaieri oratio funebr. memoriae Joh. Georgii II. 17.
1686. Profr. Theod. Dassovii, Rectoris Acad. Witteb. 47.
- Profr. Joh. Fr. Mayer, Prodecani collegii theol. in Acad. Witob. 40.
- Boeckel Paul Bernsfeld orat. de potestate imperatorum circa electi-  
onem et subjectionem romani pontificis 48.
- Oct. Christ. Friderici et Gosslobii Ticedom. ab Eccstaed duo orat. habit. ad ere-  
torem Statuae Fortitudinis in Templo Clementiae *nach v. Veltatum  
et Loeser's Anfang der Kaiser-Münzschneiderei in der Pfundmünze. S. etc.* 20.
- Dec. Magni Loeseri orat. gratul. in reditum Joh. Georgii IV. 24.
1687. Febr. G. Casp. Kirchmaieri extremi honoris in mem. Caroli de Frisen 41.
- Juni. Profr. Joh. Andr. Quenstedt Rectoris et Loeseri orat. gratul. in reditum Joh. Ge-  
orgii IV et Casp. Liegleri epistola ad Loeserum. 25.
- Juli. Fr. Aug. Luedecke orat. in mem. mortui Fr. Guilielmi Magni et W. Loeseri  
epistola ad Luedecke. 33.
- Facult. theol. Witteberg. Joh. Fr. Mayero interprete orat. funebr. Caroli de Frisen. 42.
- Fried. Mayer's Odn auf den Eintritt Caroli, Frugmanns. Frisen. 43.
1688. Juni. Profr. Andr. Sennerti, Rectoris 30.
- Georg Casp. Kirchmaieri orat. in mem. Friedr. Guilielmi Magni 32.
- Fr. Aug. Luedecke orat. in mem. Friedr. Guilielmi, Marchionis Brandenburg. 29.
- Fr. Aug. Luedecke Oration, gehalten bei d. Beerdigung auf dem Hof des Friedr.  
Wilhelm, Marggraf zu Brandenburg. 31.



1689. Gillii Solleti orat. gratul. ad Dr. Guilielmum Henricum Auriacum de mi-  
randa rerum in Britannia Civil. Metamorphosi. 6
1690. Progr. Joh. Godofr. Bergeri, Rectoris. 4
- G. Willh. Hegelii sermo panegyricus in Leopoldum Magnum de electo coronatoque  
Roman. Rege-Filio Hungarorum rege haeredit. Josepho. 1
- G. Casp. Kirchmaieri gratulatio in Leopoldum (et Regiam) propterea quod  
Josephus 25 Jan. rex Hungariae coronatus est. 3
1691. Progr. Mich. Waltheri, Rectoris. 11
- Mars. Nachtmusik der Auditorenden beim Aufenthalt Joh. Georgs III in Wittenberg 21
- Laurent. Petri orat. panegyricus in Hamburgi laudem u. des p. Cole auf Hambg. 45
1693. Progr. Jo. Godofr. Bergeri, Rectoris. 8
1696. Nov. Chr. Aug. à Trisen orat. gratul. ad Fridericum Augustum de nato electo-  
ratus herede Fried. Augusto latinisch und deutsch. 26
1697. Febr. Gottfr. de Hövelnocratio in laudem Lubecae. 46
- Sept. Progr. Joh. Henr. Bergeri, Rectoris. 27
- " Bonn. Sam. Schwarzfleischii orat. gratul. in Fried. Augustum II, quod  
rex Poloniarum electus est. 28
- Oct. G. Casp. Kirchmaieri orat. academi. nominis ac numini Caesar. Majest. gra-  
tul. ob partam victoriam adversus Turcas ad Lentam. 2
- Nov. G. Casp. Kirchmaieri orat. funebr. in Carol. XI, Suecorum etc regem. 7
1698. Progr. Bonn. Sam. Schwarzfleischii, Rectoris. 23
1700. Progr. Phil. Lud. Hannekenii, Rectoris. 49
1701. Progr. G. Guiliel. Kirchmaieri, Rectoris. 50
- Progr. Jo. Deutschmanni, Rectoris. 5
- Progr. Academiae Viteb., Joh. Gworg. Neumann interpret. de jubilaev Suevi-  
co, quod Carol. XI in memor. religionis Lutheranae peregit. 9



In die Biblioth. Miscellan. gehörig:

- 6  
4  
1  
3  
14  
21  
45  
8  
26  
46  
27  
ohne Jahr  
28  
2  
7  
23  
49  
50  
5  
9
1701. M. Joh. Eckhardi invitatio ad orationem panegy. ob victoriam a Moschis  
reportatam. Hadar. 10
- Ejusd. panegyri. in Carol. XII. Hadar. 12.
- Jos. Henr. Opitii orat. in Carol. XII ob liberatam ab obsidione Narvam  
et reportatam a Moschis victoriam. Ciloni. 13.
- Ejusdem. Triumph-Ode, gesungen bei Haltung der Lobrede auf Carol. XII,  
wegen des Sieges wider die Moscowiter. Kiel. 14.
- Polyc. Leyseri gratul. in natalicia Frederici, Regis in Prussia. Hannover. 34.
- C. Joh. Sigtunii orat. in laudem Frederici IV, ducis Anovicens; Joh. Dur-  
chardi Maj. progr. et ejusd. epist. et Joh. Kerstholdi ad Sigtunium. Cöl. 39.
1702. Academ. Ciloniensis Epicedion in Frederic. IV, Heredis Norvagiae in  
pugna prope Cracoviam occumbentis. Cilon. 38.
1703. Dec. Progr. Herm. v. d. Hardt, Rectoris, in novi templi academ. inauger. Helmstädt. 37.
1704. Jan. Progr. Herm. v. d. Hardt, Rector. denunciatio inaugurat. templi acad. Helmstädt. 36.
- ohne Jahr. Henr. Arn. Stockflethi scriptus ritualis ad usum rituum ecclesiarum  
institutum, defitutum, restitutum a Carol. XI. Monachomonti. 10.
- Polyc. Leyseri anagramatismi in reditum Georgii Ludovici, ducis  
Anovicens. e castris Trans-Albinis, symbolo. In recto decus. Hannover. 35.
- Mich. Kirstenii poema de pace Germaniae panegyri. 51.
- J. W. Panegyri. Christianae, regni Sueciae gubernacula capessenti. 52.



*[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*





ORATIONES WITTEMBERGENSES

& alia.

Spachumii, Graui, Perizonii, et Francii Parsatelin Marci Britannici Lipsiensi



v

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.





INVICTISSIMO SACRATISSIMOQVE  
CÆSARI,  
LEOPOLDO

MAGNO,  
REGUM REGI, P.F.

IMP. ROM. AUGUST. P. P.  
TRIUMPHATORI BARBAR. GENT. MAX.

DE SOLEMNISSIME  
ELECTO CORONATOQVE  
ROMANOR. REGE-FILIO  
AUGUSTO SERENISSIMOQVE  
HUNGARORUM REGE AC ARCHID. AUSTR.  
HÆREDITAR.

JOSEPHO,

DIE IPSO CORONATION. A. M DC XC.  
IN ELECTORAL. AD ALB. ACADEM.  
SERMONE PANEGYRICO

*HUMILLIME GRATULABATUR,  
SERVUS DEVOTISSIMUS*  
GEORGIUS VVILHELM. KEGET,  
WINDSHEMIO-FRANCUS.



WITTENBERGÆ,  
Peclo excudebat MATTHÆUS HENCKELIUS, Acad. Typogr.



INVICTISSIMO SACRATISSIMOQUE  
CAESARI  
LEOPOLDO

MAGNO  
REGUM REGI, P. F.  
IMP. ROM. AUGUST. P. R.  
TRIMPHATORI BARBAR. GENT. MAX.  
DE SOLEMNISSIMO  
ELECTO CORONATOQUE  
ROMANOR. REGE-FILIO  
AUGUSTO SERENISSIMOQUE  
HUNGARORUM REGE AC ARCHID. AUSTR.



JOSEPHO  
DIE IPSE CORONATUS A. M. DC. XC.  
IN ELECTORAL. AD ALB. ACADEM.  
SERMONE PANBOYRICO

GEORGII VALLHARTII RECTORIS  
AC ACADEMICI  
POMICKAVIANAE  
UNIVERSITATIS  
SERMONE  
POMICKAVIANO  
DIE IPSE CORONATUS A. M. DC. XC.  
IN ELECTORAL. AD ALB. ACADEM.  
SERMONE PANBOYRICO





*Præmiss. præmittendis Titulis Honorum.*

**S**ALVE, IMPERATOR SACRO-SANCTE! LEOPOLDE!

Augustum venerabilèqve nomen, salve! Cujus fama per univèrsam hunc diffusa Orbem gentibusqve etiam barbaris terrori est ac admirationi, & non modò horum, qui nunc florent Regum gloriam, sed & antiquitatis omnem superat memoriam. Exornet pompa omnis generis magnificentiam diei hu-

A

jus



7  
jus festi; apparatus aulici splendo-  
ris, machinae fulminatrices, & cir-  
cumstrepentia ubiqve arma inti-  
ment Austriacæ felicitatis gaudia!  
lætitiæ communis instrumenta  
perfonent! Auspicatissimus afful-  
sit ille dies, quo nullus lætior, nullus  
Imperio Romano magis salutaris  
illuxit; dies, quo plenissimo ample-  
xu ruere in nos videtur fortuna, &  
qui voce, Musico concentu Tem-  
plis, parietibus, theatris, omnibusq;  
sensu etiam carentibus inusitatum  
aliquod ac infinitum affert jubi-  
lum. Si fatale anagramma profun-  
disimo examines judicio: SEM-  
PER AUGUSTUS IMPERA-  
TOR, LEOPOLDUS PRIMUS,  
divinissimâ metathesi hæc verba  
gloriosa echo referet: SOL ES, PA-  
TER GAUDIORUM, PLURIUM SPES  
POSTERUM! SOL, inquam, es, im-  
menso Majestatis lumine, & in uni-  
ver-



versos bonitate. Solem imitaris  
altitudine; cum Sole aliquid com-  
mune possides, non vanâ quidem  
Apotheosi, sed DEO propiori jure  
tamen conjunctissimus. Et Pater  
gaudiorum es solennium, quàm la-  
tè patet Oriens ab Occidente. Fre-  
mat Oriens, & indignetur Occi-  
dens, gaudiorum Pater est infini-  
torum **LEOPOLDUS**. Plu-  
rium spes posterorum in **JOSE-  
PHO** Rege Romanorum, Hun-  
garorum, & mox Bohemorum, ac  
in felicissima **AUGUSTA** sua  
est, Archiducum propagatrice.

Fulgent Coronæ, & Purpureum latus  
Cingunt honores; jam procul Austriæ  
Virtus refulsit; sparsit inde  
Fama tuum, **LEOPOLDE**, nomen.  
Lætetur omnes! TE Duce laureas  
Quot Mars parabit? quæ venientium  
Mensis triumphorum vetustis  
Adjiciet nova Regna Regnis?

A 2

Erum-



Erumpere tandem pietas , & quæ  
proferenda incoepisti , profer lin-  
gua! LEOPOLDE, IMPERATOR  
SACRATISSIME , hodiè Corona Re-  
gio JOSEPHI Capiti imponitur.  
Triumphat LEOPOLDUS In-  
victissimus ; congratulantur Re-  
ges, Duces, Principes, ac Ordines  
Imperii; effusa multitudo Civium  
ubiqve properat ad promptitudi-  
nem obsequiorum. Quidni ego  
facile merebor veniam , si, pro in-  
gentibus beneficiis, quibus nuper  
adeò Windshemium Tuum, Po-  
tentissimus defensor , Civitatem  
antiquissimam Imperialem, affeci-  
sti, debere me immensas gratias  
profitear. Hoc humillimæ reli-  
gionis pignus Majestati Tuæ con-  
secrare, dum in animum induxi;  
clementiorem indulgebis auram,  
nisi aurem simul aliquando; ut ex-  
primere fas mihi sit ac integrum,  
con-



concepta animi devoti verba.  
Grande, fateor, negotium suscepi  
eqvidē; quod tamen, **RECTOR**  
**MAGNIFICE**, **PATRESQ;** **ACADE-**  
**MIAE CONSCRIPTI**, **VOSQ;** **AA. OO.**  
**HON.** benevolentia insigni vestra,  
auscultando sublevabitur.

Oculos, si in praesenti per Ger-  
maniam circumfero; totus sane ta-  
citusque obstupesco. Paucos e-  
nim ante annos rerum omnium  
maxima ut erat perturbatio; sic a-  
ctum de pulcherrimo Imperio Ro-  
mano jamjam videbatur. **Q**uis  
tum Machometis infensissimi enu-  
merare rabiem, quis hominum tot  
millia in miserrimam abducta ser-  
vitutem poterat? **Q**uae libido mili-  
tum & crudelitas in faeminas, puel-  
las, virgines exercita? **Q**uam mul-  
ta oppida vel capta, vel incensa &  
vastatae regiones? **Q**uis non co-  
horrescat? si, quanta audacia scele-  
B ra-



ratisimus religionis Christianæ hostis & Tyrannus obsidere sedem ipsam Imperatoriam, Viennā non erubuit, consideret? Accedebat, ad everfionem ejus cum trecentis hostium millibus, nec sine machinis fulminatricibus ducebat agmen, Castrum exstruebat, interclusum fossis, molibus aggestum, propugnaculis, reductu, portis, tignis, & aliis apparatibus necessariis; hincannonā atque commeatu plenum, ibi maraliis & papilionibus distinctum, bubulis camelis refertum; adeo ut invincibile apparuerit. Sed quorsum? **LEOPOLDUS** Triumphator Magnus cum Fæderatis venit, vidit, vicit. Quantum ex Victoriā hanc utilitatis Majestati Tuæ, **DOMINE**, accesserit, quantum potentissimo tuo Nomini apud exteros famæ pariter & auctoritatis; breviter edisseri haud potest.

Jam



Jam verò occupatis belli Jure tot  
tantisq; propugnaculis, tot tantis-  
qve Civitatibus; Ungariâ recu-  
peratâ pænè universâ, Barbaricæ  
gentes reverentur Tui nominis  
potentiam. Pendet dubium Im-  
perium Turcicum, utrum sit admi-  
rabilius, quòd viceris Pannonias?  
an quòd aggredi ausus fueris vici-  
nas quoq; regiones & provincias?  
Hæret, quid primum, quid secun-  
dum, quid postremum in tot vi-  
ctoriis miretur? An velocitatem?  
quòd brevissimo temporis spatio  
tot Nationes viceris? An Exerci-  
tûs victricibus audaces armis? An  
felicitem? quòd Viennam peri-  
culosissimâ obsidione cinctam, nu-  
tante belli fortunâ, liberaveris? Ast  
Cives tui Orbisqve Christiani in-  
colæ, dum gloriosæ victoriæ mo-  
menta propiùs ad animum revo-  
cant, primum Numinis favorem,  
B 2 quòd



quòd dextræ tuæ Sacrosanctæ, ad  
tuendum milites fortissimos con-  
cesserit, mirantur. Hic est ille DE-  
us, qui Imperatoris Turcici teme-  
ritatem ultimam multavit! Sicuti  
nimirum homo ortum ac natales  
suos agnoscit in cunis, intra fascias  
vagit, humi repit, ætate deniq; eri-  
gitur & senectute frangitur, expi-  
rat, & in sua minima resolvitur; ita  
cum Imperiis, in primis illis, serres ha-  
bet, quæ præcoci impetu progref-  
sus maximos cepere. Mirantur  
TE Parentem omnium Virtutum,  
dum persuasum habes, non geri  
bellum feliciter, nisi domi floreat  
Justitia; ut non possit non cum IM-  
PERATORE JUSTINIANO Semper Au-  
gusto dici, quòd sis tam Juris reli-  
giosissimus, quàm victis etiam ho-  
stibus Triumphator MAGNIFICUS.  
Mirantur deniqve, quòd, TE vivo  
& superstite, Filius JOSEPHUS  
Rex



REX HUNGARIÆ, Coronam Imperii Romani obtinuerit. Hæc indoles divina, hæc præsentissima & nunquam fallens memoria, hæc iudicii incredibilis vis & ratio, ipso cum sanguine à Parentibus transfusa, & nunc æquè ac in Te, Augustissime LEOPOLDE Cæsar, ad miraculum usque eminent.

Vitalis auræ purus anhelitus  
In sceptrum per Te ducitur, & vigor  
Per membra transfusus, fugacem in  
Regna trahit retrahitq; vitam.

Sic fortè & olim Cor Alemanniæ,  
Ætas nepotum postera Maximum  
Cantabit Illustrem JOSEPHUM,  
Mundi oculum celebrabit Orbi.

Nam Martialis gloria nominis  
Et fama Magni Principis ardua,  
Clementiæ Laus, lenitatis  
Elogium, decus æquitatis.

Et cura Cœli religiosior  
Non tota tecum commorietur, &  
Fatisceat in mutum sepulchrum,  
Nec cineres, LEOPOLDE, cernet.

G Lon-



Longum foret, nec unius clepsy-  
dræ negotium, in singula momen-  
ta rerum nunc digredi; sufficiat mi-  
rari jam JOSEPHUM, Regem Il-  
lustrissimum, unanimi consensu à  
Principibus Augustioribus Roma-  
num coronatum esse. Hoc fulcro  
imposterum sustinebitur Imperi-  
um Romanum, ut nullâ sui parte  
superari ( Numine divino guber-  
nante ) possit. Nec est, quòd quis  
ætatem teneram objiciat; de cujus  
felicissimis auspiciis præclara o-  
mnia non solummodò sperare, sed  
confidere jam possumus. Nam,  
ut Venusinus Vates cecinit:

Fortes creantur fortibus, & bonis:

Est in juvencis, est in eqvis patrum

Virtus: nec imbellem feroces

Progenerant aqvilæ columbam.

Ex TE igitur, AUGUSTE IM-  
PERATOR, quid, nisi magnum  
& excellentissimum prognasci po-  
test? Ma-



Magna sunt hæc fateor, & im-  
mensa beneficia, à DEO OPT. MAX.  
in TE collata; sed profectò nihili ha-  
benda, nisi à Virtutibus, quæ jam  
in JOSEPHO exsplendescere  
incipiunt, accederet infinitum pre-  
tium. Auditur vox, quæ olim fuit  
laudatissimi Trajani Principis, à FI-  
LIO AUGUSTO: Sancte Pa-  
rens, talem me præstabo Regem,  
qualem optarem ipsemet priva-  
tus. Salve igitur, REX FELICIS-  
SIME! Nihil amplius desiderat vo-  
vetq̄ve aliud jam universa Patria,  
quàm, ut preces suas colligat, fau-  
stisq̄ve acclamationibus futurum  
Defensorem suum excipiat gratu-  
labunda. Ecce, supplicem justi-  
tiam ad pedes tuos provolutam!  
quæ commendat Cives suos sum-  
mi, medii, infimiq̄; ordinis!

C 2

Gau-



Gaudent Eminentissimi Potentissimiq; ELECTORES; &, quâ maximâ potestate gaudent, Electo Imperii Romani REGE JOSEPHO, illustriorem habent. Gaudet & gratulatur TIBI, LEOPOLDE Invictissime, Orbis Christianus, & ei TE vitam dedisse, gloriatur; gloriæq;ve suæ incrementa ex Tua sperat, DOMINE. Exercitus hoc Coronationis die omnes admirationi dediti sunt. Lætantur Musæ nostræ & congratulantur, quòd Numen TIBI divinissimum concefferit Imperii solatium, regnorum Columnen, senectutis Fulcrum; Christiani nominis Tutorem; optant simul, ut ex illo dulcissimos Heroas aliquando alios aspicias, ut felix deniq; faustusq;ve dies hic & memorabilis existat. Singuli apprecantur TIBI, LEOPOLDE, vitam diuturnam, Impe-



perium felicissimum, Victoriarum  
palmas plures, ut Galliarum Re-  
gis execrabilem perfidiam, auxi-  
liante DEO, punias; feliciter pu-  
gnando hostium astus consilio e-  
ludas, temeritatem virtute domes,  
pertinaciam constantiâ frangas,  
audaciam Barbarorum compri-  
mas, incendia, rapinas, libidinem,  
quâ cruentata atq; tepefacta ma-  
ria sanguine redundant, fortiter re-  
pellas. Apprecamur deniq;, ut in-  
jecto divinitus terrore, ad memo-  
riam nominis fatalis hostes tui fu-  
giant! Promittimus obsequium,  
exercitus non modò fortes, sed &  
gloriosâ semper arma, ut nulla  
gens unquam expeditior in bellis,  
& non aliter, quam abortâ tempe-  
state, perpetuâ quâdam sagitta-  
rum grandine prosternant, &  
quocunq; prælio incedent, victo-  
riam

D riam



riam in manu gestent! Tu, rerum  
Maxime Moderator, DEUS, Spiri-  
tum largire LEOPOLDO No-  
stro ex alto tuum, ut consilia sua  
omnia eò dirigat, quò Imperium  
Romanum non solum ab exteris  
hostibus defendatur, sed & erepta  
hactenus eidem feliciter restituan-  
tur! Adoranda Trinitas, Augu-  
stissimi Imperatoris nostri ita diri-  
ge animum, ut summâ modera-  
tione, æquitate & constan-  
tiâ nos tueatur!

DIXI.









INVICTISSIMO SACRATISSIMOQVE  
CÆSARI,  
LEOPOLDO  
MAGNO,

REGUM R  
IMP. ROM. AU  
TRIUMPHATORI BAR  
DE SOLEM  
ELECTO CORO  
ROMANOR. R  
AUGUSTO SER  
HUNGARORUM REGE  
HÆRED

JOSE

DIE IP SO CORONA  
IN ELECTORAL.  
SERMONE PA

HUMILLIME GR  
SERVUS DE  
GEORGIUS VII  
WINDSHEMIC



WITTENBERGAE,  
Peclo excudebat MATTHEUS HENCKELIUS, Acad. Typogr.

